Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

est ⁊ plauserunt eum filie gentium
plauserunt eum super ~~eum~~ egyptum
⁊ sup multitudinem eius. ait do
minus deus. Et factum est in xii.
anno. in quinto decimo mensis fac
tum est uerbum domini ad me di
cens. fili ho minis. Tame carmen lu
gubre sup multitu
dinem egypti ⁊ detrahe eam
ipam ⁊ filias gentium robustarum
ad terram ultimam cum his qui des
cenderunt in lacum. Quo pulchi
or es descende ⁊ dormi cum incircum
cisis. In medio interfectorum gladio
gladius datus est ⁊ attraxerunt
eum ⁊ omnis plebs eius loquentur
ei potentissimi robustorum de me
dio inferni qui cum auxiliatoribus
eius descenderunt ⁊ dormierunt in
circumcisi interfecti gladio. Ibi
assur ⁊ omnis multitudo eius. In
circuitu illius sepulchra eius. om
nes interfecti ⁊ qui ceciderunt gla
dio quorum data sunt sepulchra
in nouissimis lacus. Et facta est multi
tudo eius per circuitum sepulchri eius
uniuersi interfecti cadentesque gladio
qui dederunt quondam formidinem
suam in terra uiuentium. Ibi he
lam ⁊ omnis multitudo eius per
circuitum sepulchri eius. Omnes hi in
terfecti ⁊ ruentes gladio qui descen
derunt incircumcisi ad terram ulti
mam qui posuerunt timorem suum
in terra uiuentium ⁊ portauerunt
ignominiam suam cum his qui des
cendunt in lacum in medio inter
fectorum. Posuerunt cubile eius
in uniuersis populis eius. circuitu
eius sepulchrum illius. Omnes hi
incircumcisi interfecti gladio. de
derunt enim timorem in terra uiuentium
⁊ portauerunt ignominiam suam cum
his qui descenderunt in lacum in me
dio interfectorum. Posita sunt ibi
mosoch ⁊ tubal ⁊ omnis multitudo
eius in circuitu eius sepulchra illius
omnes hi incircumcisi interfecti
⁊ cadentes gladio. quia dederunt ter
ror suum in terra uiuentium
Et nunc dormient cum fortibus ca
dentibusque gladio ⁊ incircumcisis
qui descenderunt in infernum cum
armis suis ⁊ posuerunt gladios
suos sub capitibus suis ⁊ fuerunt
iniquitates eorum in ossibus eorum
quia terror fortium factus sunt in
terra uiuentium. Et tu ergo in medio
incircumcisorum conteres ⁊ dor
mies cum interfectis gladio ⁊ qui
cum incircumcisis dormierunt ibi
ydumea ⁊ reges eius ⁊ omnes du
ces eius qui dati sunt cum exercitu
suo cum interfectis gladio ⁊ qui cum
incircumcisis dormierunt ⁊ cum his
qui descenderunt in lacum. Ibi prin
cipes aquilonis omnes ⁊ uniuersi
senatores qui deducti sunt cum in
terfectis pauentes ⁊ infortunatie
sua confusi qui dormierunt incir
cumcisi cum interfectis gladio. et
portauerunt confusionem suam cum
his qui descenderunt in lacum. Vi
dit eos pharao ⁊ consolatus est super
uniuersa multitudine sua que est
interfecta gladio. et portauerunt

98